

pientum, ibi, obtentā prius licentiā à Perillustri, & Excellent. D. Doctore Signorollo Locumtente D. Judicis sapientum hujus Civitatis Ferrariae. Sed, & plenius fuit provisum ex supra-  
ma auctoritate Legati decernentis ad favorem D. Jo. Nicolai, & volentis ea uti ibi, volens, in-  
hærendo etiam ubi opus sit facultatis suis,  
17 quæ facultates in Cardinali Legato + superabun-  
dant ad hunc effectum, cum sint majores ejus-  
cumque Judicis ordinarii. Bellenc. de carit. sub-  
sid. quæst. 12, n. 6, tom. 15, part. 2, fol. 146. Ros-  
tell. de induit. n. 373, tom. 14, fol. 155. Brunell.  
de dignat. & potest. legari, concl. 8. in princ.  
tom. 13, p. 2, fol. 237.

Secundò principaliter non obstat quæsitæ pos-  
sessioni, per D. Jo. Nicolaum, statutum ejusdem  
Civitatis de continuanda possessione defuncti in  
hæredem, cuius beneficio uitur D. Pendulus  
contra quæcumque civiliter possidentem, ac  
etiam simplicem detentorem, ut in verbis statu-  
torum videtur se declarare; quia decisio causæ  
removet objectum ex decreto, & acceptatione  
præcedenti, de consolidanda proprietate cum  
usufructu, post obitum Ducissæ ad favorem D.  
Joan. Nicolai, qua semper impedit effectum mo-  
mentaneæ possessionis, per statutum desiderare,  
Passet. consil. 140, n. 6. Menoch. consil. 139, n.  
19. Riminald. jun. cons. 678, n. 21. Surd. cons.  
491, n. 3. Peregr. decis. Patavina 127. n. 11.

Et quæ postremò dicuntur non posse D. Joan.  
Nicolaum ratione dimidia dotis, manuteneri in  
possessione totius tenutæ, non repugnant obli-  
gationi hypothecariæ Ducissæ in pacis, & In-  
strumento doiali emanatae, respectu facultatis  
disponendi de dimidia dote, in propriis haere-  
des + Ducis mariti, pro qua habet omnia bona  
sui debitoris obligata æqualiter, & in solidum,  
& super eis absque distinctione potest insistere.  
Negul. de pign. part. 8, memb. 1, nu. 49, & 50.  
Grat. discept. 38, n. 4, & 730, n. 22, & in om-  
nem casum hodie non est agendum super integra,  
vel non integra dotis restituione, quoniam  
hujusmodi discussio venit rejicienda ad penitio-  
rium, in quo omnia ad æqualitatem erunt re-  
ducenda, interim possessore non amoto.

Et ita, &c.

#### DECISIO XII.

R. P. D. BICHIUS.

Romana Domus.

Veneris 14. Junii 1641.

S U M M A R I U M.

- 1 Devolutio emphyteusis est clara constituto de dominio Ecclesiæ, & fine generationis ex confessione partis.
- 2 Nominandi ad emphyteusim facultatem habens, sine testamento, decedens venientes ab intestato nominasse censemur. Contra num. 3. 6. & 9. Concesso indifferente concepta dicitur conditionalis, n. 7.
- 3 Relativum, qui, cum verbo futuri temporis conditionem importat.
- 4 Ademptum sub una conditione sub contraria censemur concessum.
- 5 Contingentis natura se habet ad fieri, & non fieri.
- 6 Identitatem ad probandam due demonstrationes sufficiunt. Amplia, ut num. 11. Limita, ut nu. 12. Ad probandam in antiquis,

#### Decisions

leviores probationes, & conjecturæ admittantur, n. 13.

C apitulum, & Canonici Collegiatæ Ecclesiarum Sanctæ Mariæ Rotundæ locaverunt de anno 1561, quandam domunculam, nec non aliud Casalenum nuncupatum l'Hospitaletto Franciso de Bellis hominibus, ad tertium genus masculinum, & pro majori intelligentia hujus locationis, convenerunt, quod prima generatio incipiat à filiis masculis ipsius Francisci, in secunda intelligentur nepotes ejusdem Francisci, in tertia præneptes etiam masculi, & in defectum alterius dictæ generationis; & ultimus in dicta generatione facultatem habeat nominandi unam personam tantum masculinum, sive femininam, post cujus personæ nominandæ mortem, locatio intelligitur finita.

Insuper infra convenerunt, quod, si quando contigerit, dictam nominationem fieri, teneatur emphyteuta dare instrumentum nominationis in publicam formam, alia nominatio sit ipso jure nulla, & Casalenum cum melioramenti sit ipso facto devolutum ad Ecclesiam.

Extincta generatione Francisci, per obitum Abbas Michaëlis Angelii illius nepotis, cui successerunt ab intestato Franciscus, & Petrus de Franchinis, contra hos Canonici prædicti obtinuerunt ab A. C. sententiam super devolutione, & respectiva reintegratione ad possessionem Casale-  
ni, causaque in gradu appellationis mili commissa; Dubitavi, an constet de devolutione, & de qua Domo? quo dubio hodie proposito Domini dixerunt constare de devolutione Casaleni nuncupati l'Hospitaletto.

Cum enim dominium Ecclesiæ, & defectus generationis primi acquirentis sint in confessio + apud partes, clara vifa est devolutio Casaleni ob lineam finitam juxta dispositionem texus in S. emphyteusis, Auth. de non alien. rebus Eccles. Clar. in S. emphyteusis q. 42. Corbul. de caus. privat. ob lineam finitam n. 1. & seqq. Seraph. decis. 1487, n. 1.

Nec suffragatur, quod vigore investitura Abbas Michaël Angelus, tanquam ultimus de generatione, haberet facultatem nominandi + unam personam, & decedendo sine testamento, censemur nominalle venientes ab intestato, censemur nominasse venientes ab intestato l. confi-  
ciuntur, ff. de jur. Codicill. Fabius anna. sing. 391, Mastrilli. de magistrat. lib. 1, cap. 28, n. 53, relatus a Rovito consil. 105, n. 15, lib. 2, & in terminis emphyt. Sanchez resp. mor. lib. 4, cap. 1, dub. 33, n. 1, ante med. Bursfati. consil. 378, n. 12, & duob. seqq. lib. 4. Frecc. de subfeud. lib. 2, in materia affensi-  
sus q. 43. Castill. quotid. controvers. lib. 4, cap. 13, n. 12. Gratian. decis. March. 135, n. 12, vers. in nominationem.

Nam quicquid sit in rebus liberè acquisitis, ac de quibus potest absolute disponi, sanè in emphyteusi limitativa + concessa ad certam genera-  
tionem, & in qua jus nominandi sub condicione expressa, vel tacita nominationis facienda concipiatur, verior, ac magis recepta est opinio con-  
traria, quod scilicet venientes ab intestato non censemant nominati, vel ad illos jus nominandi transierit quia conditio voluntaria adimpleri debet in forma specifica, per actum voluntatis dispositivæ; voluntas autem defuncti erga venientes ab intestato permisiva, & interpretativa est, ut in specie Caldas de jur. emphyt. lib. 2, quæst. 7, n. 28, & seqq. ubi sic respondet ad allegationes contrarias post Gomez. var. resol. tom. 2, c. 11, n. 7, infra med. Molin. de iust. & jur. disput. 446, n. 3. Laderch. consil. 73, sub n. 9, vers. Sic etiam Pe-  
regrin.

#### Ad Materiam de Alim. Decis. XII.

17

regrin. consil. 53, sub n. 7, lib. 2, Decian. consil. 83, n. 4, lib. 2, articulo mature discussu fuit decifum in Rom. domus 23, Junii 1636. coram R. P. D. Verospio ubi allegantur concordantes.

Et hic est casus noster ponderando tum gerundum nominandæ, ibi, post cujus personæ nominandæ mortem, & c. quod cum resolvatur in relativum qui, + & verbum futuri temporis, nempe personæ, quam emphyteuta nominabit, conditionem importat l. stichum qui meus erit, ff. leg. 1. Surd. consil. 107, n. 7, & consil. 308, n. 50. Greg. XV. decis. 187, n. 7, & 8. Alex. in proximis terminis consil. 232, nu. 4, lib. 6, & in puncto Rota in dict. Roman. Domus §. considerate.

Tum subsequente in conventionem, quod non exhibito in instrumento nominationis, Casalenum sit ipso facto devolutum, ex qua deducitur tacita conditio inhærens ipsi concessioni pro persona nominanda, dummodo videlicet nominatio fiat per publicum instrumentum; quia ademptum + sub una cōditione censemur sub contraria concessum, aliquando ff. de condit. & demonstrat. Bart. in l. Par-  
terfam. l. n. 4 ff. hared. insit. Ruin. consil. 150, n. 7, lib. 2. Parf. consil. 8. n. 16, vers. ad 2, lib. 3. Menoch. consil. 78, n. 10. Giovagni. consil. 93, n. 16, lib. 1. Et ex quo partes convenerunt, quod de nominatione + conficeretur instrumenti, alioquin nominatio sit nulla, appareat voluisse, quod fieret vera, ac dispositiva nominatio, quam ultrò necessarium reddit specialis conventio, in casu non exhibuit nominationis. Corn. consil. 165, nu. 19, & duobus seqq. lib. 2. Gratian. discept. 50, sub n. 23, & dis-  
cept. 221, n. 8, & 9, Rot. in Romana Scriptoriæ 5. Junii 1606, coram bon. mem. Card. Lugdunen. impress apud Gratian. dicta discept. 221, n. 11, & seqq. & decis. 152, n. 1, post Pacif. de salv.

Id quod confirmatur ex clausula si contigerit, ibi, si contigerit nominationem fieri, &c. quæ tanquam indefinitæ concepta \* referenda est ad omnem nominationem in investituram concessam, demonstratque hujusmodi concessionem esse conditionalem juxta theoricæ glossæ in l. qui promisit, ff. cond. indeb. Odrad. consil. 242, sub n. 7. Bald. consil. 750, n. 7, lib. 5, & contrahentes sensisse de nominatione non certo extitura, sed contingenti, + & sic cogitasse, posse dari casum in quo nominatio non fieret; quia hoc est de natura contingens l. si finita §. si vero ubi glos. verbo conti-  
gerit ff. de damn. inf. c. qui casus dari non posset si sufficeret interpretativa nominatio erga venientes ab intestato, quia illi dicent se nominatos + a defuncto, & lex præsumit, quem regulariter decidere cum aliquo hærede ab intestato, ut bene in proposito ratiocinat. Peregr. consil. 53, sub n. 7, vers. ac ideo lib. 2. Gabr. consil. 91, n. 13, & seqq. lib. 1. Silvan. consil. 14, sub n. 4, vers. sexto si aliter. Mant. de coniect. lib. 7. tit. 7. sub n. 14, vers. sed si fideicommissum. Ut igitur verificetur contingens nominationis a contrahentibus contemplata, non est habenda ratio intestata successio.

Domum vero devolutam, esse Casalenum nuncupatum l'Hospitaletto hodie locatum Rapaccioli constat ex convenientia plurium confinium descriptorum in Instrumento investitura; est enim annexum domunculae, & stalleæ cum dis-  
coerto incorporata domu magnæ illorum de Bellis hominibus, confinat cum via publica tendente a platea Rotundæ, ad Ecclesiam Sancti Ludovici, & retro cum domo illorum de Juven-  
cisi, cum tamen ad probandam identitatem \* duæ

Decisiones ad Tract. de Alim.

demonstrationes sufficerent. Bart. in l. demonstratio n. 14 ff. de condit. & demonstrat. Alex. consil. 73, n. 6, lib. 3. Soc. consil. 89, n. 1, lib. 1. Cavaler. de-  
cis. 311, n. 14, etiam alterum confine \* domus 11 de Ruinis non conveniret. Decian. respons. 17, n. 9, lib. 3. Ruin. consil. 50, n. 22, lib. 1. Marecot. variar. resol. lib. 1, cap. 12, n. 23, Rota. decis. 98, n. 10, part. 6. recent. & in Arimin. fideicommissi 14. Martii 1640, coram R. P. D. meo Cerro.

Nec obstat quod eadem confina convenienter etiam stabulo locato D. Marchioni Justiniano, + 12 ideo identitatem non probent, ut limitando conclusionem supradictam tradit idem Bart. in d. l. demonstratio, n. 15, in fin. Bald. in l. hac consolissima n. 5, in fin. C. qui testam fac. possunt. Rot. decis. 295, n. 9, part. 1. recent. decis. 455, n. 10, coram san. mem. Gregor. XV.

Quia immo discordant, cum dictum stabulum non sit annexum domunculae, & stalleæ cum dis-  
coerto incorporata præfata domu magnæ quod est confine, ac demonstratio maximè iden-  
tificans, pariterque multum discrepat mensura, quæ magis convenient domui locata Rapaccioli, ut latius per informantes, & cum versetur in ma-  
teria antiqua + excede 78, annos leviores pro-  
bationes identitati probandæ sunt satis. Rot. decis. 749, nu. 3, part. 4, divers. decis. 42, n. 5, dec. 359, n. 46, part. 5, recen. decis. 164, n. 37, & 38, part. 6.

#### DECISIO XIII.

R. P. D. PEUTINGERO.

In causa Tiburtina Castris S. Angeli.

Mercurii die 26. Junii 1641.

#### SUMMARIUM.

1. Instrumenti pro substantia quæ requirantur, si de solemnitate agitur, seu substantia tempus litis inspicitur, si de recognitione, secus quoad antiquitatem, n. 3.

2. Instrumentum sine recognitione, parte non op-  
ponente, probat. Antiquum ut dicatur quando ex tempus litis subducatur, n. 4. Quando ex antiquitate non egeat recognitione, n. 9.

3. Actor ad judicium debet accedere paratus. De-  
clara ut n. 6.

4. Litis diversitas removet fraudem. Diversitas tunc dicitur, quando exceptio rei judicatur in una, parit exceptionem in alia, n. 8.

5. Nobilitas producentis tribuum fidem in instrumento.

6. Notarii duo in solidum rogati de instrumento, illius fidem augent.

7. Notarius, ex quibus probetur, n. 14.

8. Assertio partium robur dat instrumento.

9. Falsitate pro fabricanda non est verisimile plus alias committi.

10. Observantia multam tribuit fidei scripturæ.

11. Recognitio scripturæ in antiquis non requiri-  
tur. Et de ratione, n. 22.

12. Immemorabilis non admittitur, nisi actus ap-  
pareant gesti ante item.

13. Fama non probatur antiqua, nisi sit completa  
ante motam item.

14. Scripturæ antiquitas suffragatur constito de  
observantia.

15. Contradiccio super instrumento ante illius pro-  
ductionem cadere nequit.

16. Tituli productio non requiritur in possessorio:  
b 3 Moto

## Decisions

**M**oto contra DD. Franciscum, & Hieronymum de Ursinis, anno 1538. judicio per D. Margaritam ab Austria, super Caftro Sancti Angeli, secutaque pro ipsa in possessorio favorabili sententia, postquam in illud immisso Castrum tenuisset, anno 1580, commissa causa bon. mem. Cardinali Blanchetto ad instantiam Pauli Jordani filii Hieronymi, super spolio dicti Castrorum, atque anno 1583, producto Instrumento tunc reperito, assignationis factæ Alphonsinæ Ursinæ, ejusdem Castrorum de anno 1504. contigit dubitari anno 1597, an idem Instrumentum esset in forma probanti; sed alia non captâ resolutione, solum fuit dictum, ut videtur, an ad effectum recognitionis hujusmodi Instrumenti, esset detrahendum tempus litis motæ de anno 1538, quo dubio 12. Januarii 1598. à bon. mem. Card. Lancelloto, in locum Blanchetti suffecto, proposito, Rota pro majori DD. parte responderat, tempus litis esse demendum, reservato tamen particulariter videre, an dicta lis diversa esset ab alia mota de anno 1580 & an dictum Instrumentum esset de novo repertum, vel alia causa ad fuerit, quæ à dilatione productionis, & recognitionis ejusdem, DD. Ursinos posset excusare; quam tamen resolutionem, ipsi cum impugnassent, causâ per quatuor vices proposita, semper responsum fuit, Non liquere. Eandem hodie disputationem, quia placuit prosequi, dubium propofui, an à decisâ sit recedendum, cui DD. affirmatiæ responderunt.

Et fundamentum resolutionis fuit, quod cum agatur de recognitione, illa non est propriæ de substantia Instrumenti, & nec directè primò, & principaliter desideratur, quemadmodum sunt dies, mensis, annus, Pontificatus, locus, & alia solemnia, de quibus per gloss. in l. generali C. de Tabular. lib. 10, quæ omnia habuissent constat Instrumentum productum anno 1583, sed tantummodo de probatione, ac fide. Quamobrem Instrumentum sine recognitione & probare, antequam pars specificè opponat, sèpè dixit Rota, ut per Verall. decif. 117. n. 4. part. 3. Burat. decif. 347. n. 7, & 8. Duran. decif. 18. nu. 23, & in Beneventana Juris patronus 6. Junii 1631, coram Motmanno, & in Elboren. pensionis 20. Junii 1633, coram R. P. D. meo Veroespio, quare cum ex ejusdem Instrumenti facie demonstrari possit antiquitas, locum sibi vindicat distinctione data aliâ à Rota coram Puteo decif. 349, lib. 2. in correcâ; nempe si agatur de solemnitate Instrumenti, seu de ejus substantia, inspicitur tempus litis; sed si agatur de recognitione, non est demendum tempus litis; & hanc eandem distinctionem approbarunt Ant. August. in epit. tit. de fid. instr. cap. 6. n. 16. Cardin. Seraph. decif. 928, num. 1, in fin. & seqq.

Nec subsistere vîa fuit conclusio firmata in decisione, quæ revidetur, quod si agatur de recognitione Instrumenti, à quo pendet principale fundamentum causæ, tunc detrahendum sit tempus litis.

Nam auctoritates ad hoc allegatae visæ fuerunt loqui in diversis terminis, & præcipue decisiones in causa Britonienſi coram Puteo 430, & 435, lib. 2. in correcâ, loquuntur in casu, in quo etiam non deducto tempore litis non aderat antiquitas, ut patet dicta decif. 435, vers. Et etiam; nec adminicula concurrebant, quæ in praesenti casu concurrunt, nec agebatur ibi de recognitione, sed de rogitu Notarii, & aliis so-

lemnitatibus substantialibus, ut dicitur in principio dictæ decisionis 430. *Decisio vero ejusdem Putei in Parmen. Vallium, quæ est dicta decif. 349, lib. 2.* de qua etiam extat adnotatio Ant. August. decif. 1303, lib. 3, part. 3, divers. bene distinguit, ut supra, & expreſſe subiungit, quod si ageretur de recognitione, non esset demendum tempus litis, *decisio in Romana fidicommissi de Cataneis 7. Februarii 1620, coram bon. me. Cardin. Veroespio,* supponit non adesse adminicula sufficientia, & *decisio in Calaguritana Juri dicitione 22. Maii 1627, coram Reverendiss. D. meo Pirovano,* nihil aliud firmat, nisi quod quando Instrumentum productum fuit incidenter, non subducatur tempus litis, sed in casu, quando fuit productum principaliter, nihil in ea decisione firmiter, quo etiam modo procedit decif. 184. n. 17. part. 6, recent. Et omnes aliae decisiones, quæ pro Serenissimo Duce Parmæ allegantur, loquuntur de probatione, seu presumptione circa ipsam substantiam, & solemnitatem intrinsecam Instrumenti, de qua loquitur Seraph. decif. 76, æquiparans Testes, & Instrumenta, Testes enim diriguntur ad probationem substantiarum, atque eodem modo intelligenda est decif. 185. part. 1, divers. & Buratt. decif. 178, n. 8.

Neque vero duplex illa ratio ponderata in decisione, quæ revidetur, prima nimis, quod imputandum sit actori, qui tempore motæ litis non curavit Instrumentum recognoscere, altera quod alias aperiretur via fraudibus, cum quis posset consultò differre productionem Instrumenti, ut beneficio temporis ab illius recognitione excusat, subsistere in praesenti casu DD. vîa est; posset enim prima ratio procedere, si ageretur de substantia, & de solemnitate Instrumenti, adeoque de probatione intentionis actoris & circa quam debuit paratus in judicium venire, juxta text. in l. qui in alterius 42, ff. de reg. jur. & notat Dec. in l. 1. nu. 8. vers. quia actor. C. de eden. sed ad recognitionem id non applicatur, circa quam paratus venire non tenebatur, & dom. sat. 6 suis habebat intentionem fundatam in publico. Instrumento etiam non recognito, donec reus de recognitione exciperet, Dec. in auth. si quis in aliquo nu. 27. C. de eden. Caputaq. decif. 117, num. 4. part. 3. Put. decif. 405. lib. 1. Rota decif. 1. nu. 27. part. 5, recentior. Adeo quod, etiæ ante partis oppositionem facta talis recognitione fuisse, volente deinde parte formiter eam cum suis Interrogatoriis fieri, utique prior illa facta, nihil deservisset. Altera vero ratio fraudis & malitia excluditur in hoc casu, eo ipso, quo Instrumentum à DD. Ursinis in principio litis motæ, anno 1580, productum nequaquam, in anteriori illa lite anni 1538, quæ vertebatur in solo possessorio, & appetit ex sententia Pauli Papæ III. produci convenisset, in quo judicio idem Instrumentum potius favebat intentioni D. Margarita, dum pignus, cuius titulo Caftro possesso in ejus auctricem Alphonsinam, per DD. de Medices translata de anno 1504, fuerat, nondum expiraverat, & imò ipsa diversitas litis fraudem quoque, & negligientiam omnem excludit. Caffad. decif. 6. n. 2. de script. Lancellot. de attent. part. 2. cap. 4. limit. 2. nu. 9, & hanc qualitatem consideravit Rota coram Puteo decif. 348. lib. 2, ad effectum, ut obstat nequeat tempus motæ litis: diversitas vero appetit ex quo in secunda anni 1580, in qua Instrumentum fuit productum DD. Ursini erant actores

## Ad Materiam de Alimentis. Decis. XIII.

actores prætendentes se spolium passos esse finita causa pignoris, sub quo titulo possessionem Castrum jam tradiderant, ut per Greg. decif. 254. cum aliis per Add. num. 6. & in Romana spoliu 9 Junii 1627, coram D. meo Merlino, cum in prima fuisse rei conventi propter spolium ab ipsis commissum, contra successores Alphonsinæ, ut in sententia Pauli III. fuit declaratum. + Unde sententia lata in una, non poterat, propter diversitatem actionis, & personarum, parere exceptionem rei judicatae in altera, ex quo dignitati solet causæ diversitas, cum queratur cum duabus seqq. ff. de except. rei judic. Honded. cons. 30, n. 50, lib. 1. Caval. decif. 624. n. 2, per notat. in l. fundum, & in l. fundi, ff. de except. cum deducit per Menoch. cons. 123. n. 20, & seqq.

Præterea, etiæ tempus litis esset detrahendum, id solum esset calculandum ab anno 1580, usque ad quod tempus, quia effluxerunt anni 76. à tempore conditi Instrumenti, nihil hæc detractio relevaret pro exceptione rei, stante tempore annorum, ultra 70, quod in materiam recognitionis Instrumentorum reputatur antiquum + ad effectum, ut à dicto tempore confecta recognitione non indigeant, ut tradit Covarr. præl. quæst. cap. 21. n. 7. vers. Secundus casus. Gonzal. ad reg. 8. gloss. 64. n. 20. Rota coram Verall. decif. 5. n. 1. part. 3, coram Card. Cavalier. decif. 518, n. 1, & 4, Seraph. decif. 1481. n. 2, & decif. 928. n. 1, & in recent. decif. 234. n. 2, & 693. n. 7. part. 2.

Quæ sanè certiora reddi concludebant DD. ex sequentibus in proposito, concurrentibus ad miniculis primò stante probitate, + nota nobilitate personæ producentis Instrumentum, ut in punto de probitate, Put. d. decif. 349, n. 1, l. 2, & advertit Cravett. de antiqu. d. part. 3. cap. Vidimus n. 9. Marf. in l. si quis ne questio, ff. de quæst. & de nobilitate gloss. in cap. illud 4, distinct. & probat. text. in l. fin. ff. de fid. instrum. Bald. in l. Testium n. 36, C. de Testib. Petrasanct. sing. 30, n. 1, Cravet. cons. 6, n. 28. Buratt. decif. 775. n. 3. Ludovil. decif. 351. n. 14. Grammat. decif. 60, n. 13. Tiraq. de nobilit. cap. 20, n. 20, affirmantes hujusmodi qualitates omnem finistram presumptionem, & suspicionem excludere.

Secundo, quia fuit stipulatum à duobus Notariis, nempe Francisco Rocchio de Bracciano, & Francisco Riccio de Piscia Florentinæ Ditio-  
ni, quod etiam ponderaverat Rota in d. decif. 184. n. 14. part. 6, & de quinque erat casus, Put. d. decif. 349, ut advertit Ant. Aug. decif. 1303, & 1397. part. 3. lib. 3, divers.

Tertiò ex induito Pii IV. quo conceditur facultas Antonio Rocchio filio Francisci, omnia, & singula Instrumenta etiam ex notis, & abbreviatur eius extrahendi, & perficiendi, ex quo magnum sumi potest adminiculum de Notaria-  
tu, + & fide dicti Antonii, & Francisci, ut in simili consideravit Seraph. decif. 928. vers. secund. & decif. 1481. n. 2, & Put. decif. 349, loquens de fide Collegii Reghinensis, vers. secund.

Quarto per Instrumentum ratificationis factæ per Alphonsinam de hujusmodi assignationis In-  
strumento compulsatum ex Archivio Florenti-  
no, + quod est validum adminiculum ad fidem adstruendam instrumento, de quo agitur, ut in simili consideravit idem Put. dicta decif. 349, vers. quintum. Ant. Aug. decif. 1397, lib. 3, part. 3, divers. Rota dicta decif. 184. n. 8, part. 6. Imò ex dicto Instrumento ratificationis resultat vehe-  
mens presumptio Notariatus + Francisci Roc-  
chi ex enunciatiya facta per Alphonsinam au-

tricem Serenissimi Ducis Parmæ, etiam in ipsius præjudicium, ut in puncto dixit Rota dicta decif. 184, post numer. 9, ex Ruin. conf. 141. n. 8, in fin. lib. 5. Rota decif. 776. n. 1. part. 1, divers. & in Farensi Territor. coram Penia, & in Ferriariensi bonorum 3. Julii 1602, coram Cardinali Millino, ubi quod hujusmodi adminiculum in Instrumentis concernentibus idem factum sufficit ad effectum judicandi scripturam in forma probanti, & cum idem instrumentum non producat principaliter ad fundam intentionem, sed ad adminiculum fidem alterius instrumenti, & habeat faciem publici, & antiqui instrumenti, de eo non est tempus litis deducendum, ut omnes admittunt, ut dixit Rota in d. decif. 184. n. 17. part. 6, recent.

Quinto ex pluralitate instrumentorum, quæ dantur, nam datur instrumentum exemplatum per Antonium Rocchum, originale Francisci Rocchi, originale Francisci Riccio, & dictum instrumentum ratificationis cum induito Pii IV. in quo fit mentio de Notariatu Antonii & Francisci. Unde non est præsumendum, + quod pro 15 una falsitate fabricanda, tot aliæ fierent, ut ponderat in simili Seraph. decif. 928, vers. adeo quod.

Sexto ex observantia, quia alia bona, quæ patrarent in dicto instrumento fuerant assignata, per DD. Ursinos fuerunt postea recuperata, & hodie ab ipsis possidentur, quæ observantia + duobus non est, quin multum in hac materia operatur. Seraph. d. decif. 928, num. 1, cum aliis per Rot. d. decif. 184. num. 32, part. 6. & decif. 693, n. 8, part. 2, recent.

Non obstat paritas rationis, quæ per scribentes pro Serenissimo Duce Parmæ afferebatur de præscriptione, quæ per litis contestationem interrupitur. Unde arguebatur, quod eadem ratione contestatio interruptere debeat prælumptionem, quæ ex antiquitate temporis oritur pro instrumento actoris, ut per Seraph. decif. 76. n. 2, quia paritas tantum procedit in ea præsumptione, quæ fundatur, & oritur ex sola temporis antiquitate, prout inquit Seraphinus, quando nempè agitur de præsumenda re super qua lis principaliter versatur, vel quæ in lite est deducita ad speciem, secus autem ad effectum recognitionis, quæ non oritur ex sola antiquitate temporis, sed etiam ex aliis adminiculis, quibus fides adhibenda videtur, ob difficultatem probationis orientem ex antiquitate. Meritò igitur non debet hujusmodi effectus tolli ex interruptione litis, quia licet auferat observantiam in rebus in controversiam deductis, non tamen tollit difficultatem probationis circa qualitates extrinsecas instrumentorum: quæ probatio his difficultas + est potissima ratio, propter quam in antiquis non requiritur formalis recognitio secundum Bald. in auth. quas actiones nu. 18. vers. item ratione difficultis C. de Sacros. Eccles. Alex. conf. 10. n. 11. lib. 7. Dec. cons. 42. sub n. 2, & 3. Covarr. præl. quæst. cap. 21. n. 7. in princ. & vers. secundus casus, in fine Boër. decif. 36, nu. 11. vers. Et hoc propter difficultatem, Rota decif. 693. n. 7. in fin. p. 2. recentior.

Nec faciunt alia duo similia allata de probacione immemorabilis, & famæ, ubi in primo non admittuntur, nisi actus gesti ante motam item, + & ad probandum aliquid fuisse factum per tempus antiquum oportet illud esse perfectum ante coepitam item, Innoc. in cap. veniens nu. 2. vers. & dicunt de verb. signific. & in secun-  
do b 4 do